et non comparentem in pena Banitionis ex Regestri ordine admittendis Judicio praesenti Judicialiter condemnavit in cuius autem condemnationis eiusmodi Judicium praesens Castren Capitan Branscen visa et considerata Citati clamati et non comparentis Contumacia et temeritate Juri Communi et partis Actoreae affectationi contentisque Citationi inherendo super ipsum Citatum et bonis ipsius omnibus poenam Banitionis decernit ipsumque iam exnunc Banitum et de Regno Poloniae Dominiisque eidem annexis proscriptum esse pronunciat et ad publicandam eandem poenam Banitionis Ministerialem suprascriptum Proszenski addicit et deputat. Qui quidem Ministerialis praefatus Jus suae deputationis referens et eloco publicationis rediens recognovit se praefatam poenam Banitionis super praefatum Citatum ex instantia praenominatae Actricis obtentam in loco solito Judiciorum ac foro Oppidi huius Bran in praesentia multorum et varia Conditionis hominum pro tunc congregatorum alta sua praeconica voce proclamasse publicasse et notitiae debitae omnium deduxisse de quo suam Rellationem fecit.

SCZAWINSKA BANNITA

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus Joannes in Ktoczow Jesnowski Branscen etc Capitan vigore Regio et nostra Capitaneali autoritate Vobis Generosis Isabellae zrobkowna Consorti relictae olim Generosi Pauli Ferdinandi Sczawinski Notarii Terrae Bielscen Dominae reformatoriali et advitalitiali nec non Alberto Stephano Jacobo Alexandro Casimiro filiis eiusdem Generosi olim Sczawinski de bonis vestris generaliter omnibus de Tierosnia et Bokinie heredibus mandamus ut in Terminis Judicialibus simul et Quaerelarum ac Caesareae officii Castren Branscen feria secunda post datam praesentis Citationis quae primus vel proximius in Curia Regia Branscen celebrabuntur personaliter et peremptorie compareatis ad instantiam Instingatoris et eiusdem delatoris Nobilis Jacobi olim Adae Bruszewski qui vos ressuscitando causam et actionem suam post mortem olim Generosi Pauli Ferdinandi Sczawinski Parentis vestri et Generosi Christophori fratris vestri germani sterilitur de hac luce decessi ad eundem punctum et gradum veris in quo causa praesens stetit praetercin minorennes cum assistentia de Jure incumbentium conutat ad Baniendum et de Regno Poloniae Dominiisque eidem annexis proscribendum pro eo Quia vos

22/825

Ruinationem seu forem de Brachio Regali Intromissionem per Vicesge
rentem nostrum Ministerialem et Nobiles affectatam vigore Literarum perlucrorum
in officio obtentorum non admisisti imo temere denegasti Ratione per Parentem
vestrum privata autoritate violenter receptionis trium subditorum laboriosorum
primi Jaros sive Jarosik Abrahamik Secundi Josephi pictoris in Bokinie ter
tii Mathiae Michalik in Wolka Bokinie residen una cum fundis in quo locati
sunt per olim Generosum Sigismundum olim Joannis Swaninski antecessorem
vestrum olim Generoso Martiano Brussewski Notario Castren Branscen fra
tri moderni Actoris germano modo obligatorio in Summa Ducentorum Aurea
ti florenn Polon Coram Actis Castren Branscen inscript non restituta Sum
ma occupationis possesionis et sibi illicitae appropriationis in praeiudicium et da
mnum Actoris maximum Mille Marc Pollon taxat per quod poenam Banitionis
merito succubuistis ad quam super vobis et bonis vestris generaliter omnibus de
cernendam et per Ministerialem publicandam Citamini Judiliter, sitis ad prae
missa responsuri et Terminum peremptorium attentaturi quod vobis in Termino
advenienti latius declarabitur. Datum in Curia Regia Branscen feria secunda
post Dominicam Rogationum Proxi Anno Dni Millesimo sexcentesimo Quin
quagesimo Primo. Cuiusquidem Citationis genuinae Copiam sigillatam Mi
nisterialis Regni Gnalis Nobilis Simon Topienski ab una integra ante Terminum prae
sentem septimana in bonis Bokinie Citatorum propriis posuisse et omnibus publicasse
recognovit. Memoratus Actor suprascriptos Citatos ad Iudicium praesens Castren
Castren Capitan Branscen per Ministerialem Regni Gnalem Nobilem Benedi
ctum Prossenski Juridice clamatos et non comparentes in poena Banitionis ex
Regestri Ordine admittenteque Judicio praenti Judiliter condemnavit, in vim autem
condemnationis eiusmodi Iudicium praeses Castren Branscen visa et consiorata
Citatorum clamatorum et non comparentium Contumatia et temeritate Juri Communi
et partis Actoris affectationi conventisque citationi inhaerendo super ipsos citatos et
bonis ipsius omnibus poenam Banitionis decernit ipsosque iam exnunc Banitos et de
Regno Poloniae Dnisque eidem annexis proscriptos esse pronunciat et ad publicandam eande
poenam Banitionis Ministerialem supra scriptum Prossenski adedit et deputat. Qui
Quidem Ministerialis praefatus Ius suae deputationis referens et eloco publicati
nis rediens recognovit se praefatam poenam Banitionis super praefatos Citatos
ex instantia praenominati Actoris obtentam in loco solito Iudiciorum ac
foro Oppidi huius Branscen in praesentia multorum et variae conditionis
hominum pro tunc congregatorum alta su praeconica voce proclamasse publicasse
et notitiae debitae omnium deduxisse de quo suam Relationem fecit.